NOVUM TESTAMENTUM GRAECE ET LATINE

curavit

EBERHARD NESTLE

NOVUM TESTAMENTUM GRAECE ET LATINE

Utrumque textum

cum apparatu critico ex editionibus
et libris manu scriptis collecto

imprimendum curavit

EBERHARD NESTLE

Editio septima
recognita

STUTTGART
Privilegierte Württembergische Bibelanstalt
1923

1. Auflage 1906.	4. Auflage 1912.
2. „ 1907.	5. „ 1914.
3. „ 1910.	6. „ 1921.

7. Auflage 1923.

Druck mit Sätzen der Privileg. Württ. Bibelanstalt
von der Stuttgarter Vereins-Buchdruckerei

In Memoriam.

Die nono mensis Martii 1913 auctor huius editionis, pater meus carissimus, DDr. Eberh. Nestle, defunctus est. Opus eius, quod semper ei unice cordi fuit, a Societate Biblica Stuttgartiensi mihi traditum est in posterum curandum.

Postquam in quinta Graeco-Latina impressione (1914) distinctio pericoparum opera complurium professorum, quorum quos quisque saepius tractaverat libros Novi Testamenti examinavit, ubi necessarium videbatur, mutata est et in sexta (1921) omnes loci paralleli maxima pastoris em. A. Leube (Ludwigsburg) cura revisi sunt, nunc in praesenti septima impressione pauca tantummodo, temporum ratione habita, emendavi et addidi, quae mihi imprimis, ut in prioribus editionibus, a professore P. Schmiedel (Zürich), qui septuagesimo aetatis anno peracto indefessa cura huic operi adest, suppeditata sunt.

Omnia reliqua doceant Monita patris mei infra sequentia, amicosque huius editionis rogo, ut in posterum quoque mihi adsint in hoc libro magis magisque perpoliendo.

Ulm a. D., 31. Mai 1922.

Erwin Nestle.

Monitum.

Post sextam impressionem editionis Graecae et quintam Graeco-Germanicae sequitur prima impressio editionis Graeco-Latinae. Cum textus Latinus paginis stereotypis constet, Graecus (et Germanicus) typis, ut typographi dicunt, stantibus, necesse erat, ut paginae Latinae in suo ordine remanerent i. e. rectae rectae, versae versae, Graecarum ordo inverteretur, notis marginalibus ad oppositam paginae partem translatis. Quod opus typothetarum mihi causa fuit omnes locos parallelos de novo revidendi.

In secunda editione multos locos parallelos, non nullas lectiones variantes parti Graecae addidi, errores detectos ex utraque semovi; in tertia editione denuo nonnullos errores ex Latina parte semovi, in Graeca omnia continet, quae in editione septima et octava addita vel emendata sunt, in primis Eusebii synopsin, antiquas capitulationes, novos locos parallelos (v. p. IX s.).

Quarta editio sequitur editionem alteram textus latini, omnia continens, quae huic accesserunt; pars Graeca cum editione nona textus Graeci concordat.

Maulbronnae, 16. Aug. 1906; 25. Aug. 1907; 24. Nov. 1909; 4. Mart. 1912.

Eb. Nestle.

Te totum applica ad textum
rem totam applica ad te.

J. A. Bengel.

(Nm Tm Gm manuale, 1734, praefatio.)

Manualis praesens editio Novi Testamenti Graeci pro fundamento habet praecipuas illas recensiones quae in XIX. saeculo elaboratae sunt, Tischendorfianam et Westcott-Hortianam; quibuscum coniungebatur in prima editione (1898) Ni Ti Gri recensio, quam R. Fr. Weymouth evulgavit. E lectionibus variantibus quae duobus placebat, in textum recepta est, altera in margine reposita. Ibidem, in prima editione, inde ab Actis Apostolorum, omnes lectiones erant collectae, quae recensioni a Bernardo Weiss inceptae propriae sunt; in tertia editione, completa interea hac recensione, Evangeliis anno 1900 editis, lectiones Weissianae cum Tischendorfianis aut Westcott-Hortianis consentientes in textum receptae, Weymouthianae ubique in marginem relegatae sunt, ita ut hae ad constituendum textum iam non valerent. Ubi omnes, H, T, W, inter se discrepant, lectio media, e qua ceterae facillime derivandae sunt, in textum recepta est (v. Mt 1,24. 25. R 8,24 etc.).

Conferebatur textus Tischendorfianus, siglo T notatus, — inspecta multis in locis ipsa Tischendorfii editione octava critica maiore (Lipsiae 1869.72, siglum Ti) — secundum exemplar editionis minoris ab Oscar de Gebhardt curatae (tertium emissae), quod postea typothetarum manibus inserviebat [1]); textus Anglorum (H) ad editionem minorem, mense Octobri 1895 reimpressam, adhibitis ceteris eiusdem recensionis impressionibus (Dec. 1881, Aug. 1890; May 1885) [2]). De Wey-

[1]) Novum Testamentum Graece ex ultima Tischendorfii recensione edidit Oscar de Gebhardt. Editio stereotypa minor tertium emissa, Lipsiae, B. Tauchnitz 1895. Editio quarta anni 1898 in tertia nostra impressione paucis in locis (e. g. 2 K 5,19; Ap. 17,9) citatur, siglo T^4; correctiones a Gregory notatae siglo Ti-Gr (e. g. Mt 7,13.14. 12,46; Lc 23,32; Jo 16,27; Act 17,29).

[2]) The New Testament in the original Greek. The Text revised by Brooke Foss Westcott D.D. and Fenton John Anthony Hort D.D., London and Cambridge, Macmillan 1895, 618 pp. Prima impressio: Cambridge and London, May 1885. Prima impressio maioris editionis Cambr. and London, May 1881, repetita Dec. 1881, Aug. 1890, Jan. 1898 (v. Lc 7,47). Alia forma bibliopola textum impressit London 1895 (v. R 8,20).

mouth (R)[3]) et Weiss (W)[4]) praeter titulum hic nil subiungendum est.

Omnes harum editionum differentiae, quae alicuius momenti videbantur, receptae sunt; negligebantur minutiora, ut *ν ἐφελκυστικόν*, *οὕτως* et *οὕτω* (plerumque)[5]), differentiae orthographicae quoad *ι* subscriptum[6]), litteras initiales[7]),

---

3) The Resultant Greek Testament, exhibiting the text in which the Majority of Modern Editors are agreed, and containing all the readings of Stephens (1550), Lachmann, Tregelles, Tischendorf, Lightfoot ..., Ellicott ..., Alford, Weiss ..., the Bâle edition (1880), Westcott and Hort and the Revision Committee by Richard Francis Weymouth. London, Elliot Stock (1886; novo titulo: Cheap edition 1892; mutato titulo 1896; third ed., James Clarke & Co. 1905).

4) Das Neue Testament. Textkritische Untersuchungen und Textherstellung von D. Bernhard Weiss. Erster Theil: Apostelgeschichte. Katholische Briefe. Apokalypse. Leipzig, Hinrichs 1894 (20 Mk.). Zweiter Theil: Die paulinischen Briefe einschliesslich des Hebräerbriefs 1896 (18 Mk.). Dritter Theil. Die vier Evangelien 1900 (20 Mk.). Composita est pars prima e fasciculis IX, 3/4; VIII, 3; VII, 1 collectionis ab O. de Gebhardt et A. Harnack editae, Texte und Untersuchungen, annis 1893, 92, 91 emissis. Partis secundae et tertiae prodierunt exempla sine disquisitione critica sub titulo: Die Paulinischen Briefe (vol. III. Die vier Evangelien) im berichtigten Text. Mit kurzer Erläuterung zum Handgebrauche bei der Schriftlektüre (12 Mk. 50. et 12 Mk.); disquisitiones criticae (sub titulo: „Textkritik der Paulinischen Briefe", „Textkritik der vier Evangelien") sunt fasciculi XIV, 3 et XIX, 2 (= Nova Series IV, 2) collectionis dictae, annis 1896 et 99 emissi. De secunda editione 1902—05 v. infra.

5) Editiones plerumque concordant. Weiss e. g. praebet *ν* in *πασιν* Mt 2,16. 23,20. Lc 16,26. Act 17,25; *ενδυμασιν* Mt 7,15; *βλεπουσιν* 18,10; *πνευμασιν* Mc 1,27; *χαλωσιν* 2,4; *πενθουσιν* 16,10; *εχουσιν* Lc 16,29; *γινωσκουσιν* J 10,14; item Act 5,19; 18,10; 26,5; 1 P 4,6 (*κριθ.*); omittit *ν* in *δεησεσι* Lc 2,37; (*ηλθε* 9,55); (*αγόυσι* J 8,3); habet *ουτω* Mt 3,15.

6) Scripsimus cum H *ζῷον*, *Ἡρῴδης* etc., *εἰκῇ*, *κρυφῇ*, *λάθρᾳ*, *πανταχῇ*, *πάντῃ*, contra H *ἀγαπᾶν*, *ζῆν* etc.

7) a) H scribit *χριστὸς* et *κύριος* (non *X* et *K*) in vocativo et post articulum, exceptis locis L 23,2 *χριστὸν βασιλέα* (sic et W), 2 K 3,18 *ἀπὸ κυρίου πνεύματος*; R ubique *Χρ.* et *Κύριος*; W *χρ.* Ap 11,15. 12,10. Scripsimus *Διάβολος* (et *Σατανᾶς*) cum H Ap 12,9. 20,2; ceteris in locis *διάβολος* et *σατανᾶς*; HR ubique *Σατανᾶς*.

aspirationem [8]) et accentuationem [9]) in nominibus propriis et communibus [10]), vocalismum [11]), divisionem vocum [12]), diaeresim [13]), enclisim [14]).

Sigla in exscribendis variantibus adhibita sunt haec:

+ : addit, addunt; v. Mt 1,8.

— : omittit, omittunt; v. Mt 1,24.

pr : praemittit, praemittunt; v. Mt 12,35.

> : transponit, transponunt; v. p. XXV (gr.-lat.).

fin : finis versus; v. Mt 3,15.

i. e. : id est; v. Act 27,15.

c. prc. cjg. : cum praecedenti conjungit; v. Mt 23,32.

etc : lectio recurrens, primo tantum loco notata; v. Mt 3,1.

1° 2° 3° : verbum in eodem versu saepius occurrens; v. Mt 1,8.

H : Textus Westcott-Hortianus

ℋ lectio textualis, ubicumque lectio marginalis cum textu nostro exacte congruit

---

b) HR : Ἀγρὸς (et *Χωρίον*) *Αἵματος* (sed Act 1,19 R *αἵματος*), Ἀγρὸς *τοῦ Κεραμέως*, *Ἀππίου Φόρου*, *Ἀρείου Πάγου*, *Κρανίου Τόπος* (etiam T *Κρανίου* J 19,17, econtra *κρανίου* Mt 27,33. Mc 15,22), *Νέαν Πόλιν*, *Τριῶν Ταβερνῶν*, *Ὡραίᾳ Πύλῃ* (sed R cum TW *πύλῃ*).

8) H : *Ἅβελ*, *Ἅγαρ*, *Ἁδραμυντηνός*, *Ἁδρίας*, *Ἁκελδαμάχ*, *Ἁλφαῖος*, *Ἁνανίας*, *Ἅννα*, *Ἅννας*, *Ἁρέτας*, *Ἁριμαθαία*, *Ἑζεκίας*, *Ἑμμώρ*, *Ἑνώχ*, *Ἑσρώμ*, *Εὕα*; econtra *Ἐβραῖος*, *Ἠλείας*, *Ἠσαίας* (sic vult W ubique), *Ἰερειχώ*, *Ἰερεμίας*, *Ἰεροσόλυμα*, *Ἰερουσαλήμ* Nonnulla notata sunt.

9) H scribit *Ἀββά*, *Γαββαθά*, *Γολγοθά*, *Κανά*, *Κορβάν*, *Σινά*; ceteri — *ᾶ*.

10) H praefert *κῆρυξ*, *κηρύξαι*; *συνίων*, *συνίουσιν*, *συνίωσιν*; *συντετρίφθαι* (et R); *μίγμα* (R), *σπίλος* (R E 5,27 *ί*, 2 P 2,13 *ῖ*), *στύλος*, *ψύχος*; *δέσμαι*; non amplius *ἔντος* (Mt 23,26); W vult ubique *θλίψις*.

11) HT praeferunt *ει* in *Ἠλείας*, *Ἰερειχώ* (item W *Ἰερειχώ*, sed Hebr 11,30 -*ριχ*-), *Ἰσραηλείτης*, *Σαμάρεια*, *Σαμαρείτης*; differentia in *δουλία*, *ἐριθία*, *παιδία*, *Καισαρία*, *Λαοδικία* plerumque notatur; W vult ubique *Καισάρειαν*.

12) Cum H *ἀπ' ἄρτι*, *ἀρά γε*, *εἴ γε*, *καί γε*, (*μὲν οὖν γε* Ph 3,8), *εἴ πως*, *μή πως*, *μή ποτε* (*μήποτε* H Mt 25,9; *εἴ περ* h 2 K 5,3), *μή που*, *διὰ παντός*, *διὰ τί*, *ἵνα τί*; W *τουτέστιν*, *μή γε* (Lc 5,36.37).

13) H scribit *ι* et *υ* (non *ϊ* et *ϋ*) e. gr. in *Ἀχαία*, *Βηθσαιδάν*, *Γαῖος*, *Ἠσαίας*, *Καιάφα*, *Καίν*, *Μωυσῆς*, *Ναίν*; *πρωί*, *πρωινός*, *διικνούμενος*, *διισχυρίζεσθαι*; sed *Ἀχαϊκός*, *Ἐβραϊστί*, *Πτολεμαΐς*, *πρόϊμος*.

14) at vide Mt 7,4 *σοῦ*; J 15,20. 19,11; Act 10,33. 26,24 etc; T *μου τίς* L 8,46, *που τὶς* H 2,6.

h lectio marginalis

h^r lectio reiecta notabilis (ex appendice); additur ^{lat}, ubi latinis tantum testibus nituntur (L 21,11)

h^r ⊣ ⊢ *vl* ⊣ h^r ⊢ lectio quam Westcott-Hort occidentalem („western“) appellant et his signis ⊣ ⊢ includunt

h^s lectio in suspicionem vocata; additur †, ubicumque Westcott-Hort errorem primarium praesupponunt

cj cjj (= conjicit aut Westcott aut Hort; conjiciunt ambo) addidi, ubi se ipsos lectionem conformasse confitentur, quia testes graecos aut non habent aut (velut H 11,4; 13,21) non satis graves existimant; commemorant eos qui extant in editione maiore

^{v} (= sec. versionem vel versiones tantum), ubi lectionem versione vel versionibus tantum innixam eodem modo quo graecis testibus fultas praebent, velut Mc 6,33 h^{r2}; J 8,9.

^{e} (= secundum formam emendatam), ubi in omnibus editionibus lectionem, quam in mente habuerunt, non recte exhibent. Sic Mt 27,17 lectionem reiectam *Ἰησοῦν Βαραββᾶν* praebent (ut v. 16); sed codices, ad quos ipsi in editione maiore provocant, habent *Ἰησοῦν τὸν Βαραββᾶν*. Si appendix editionis maioris veram perhibet lectionem, hanc sine nota reddidi, videlicet Mc 6,3; Act 16,12; R 11,6; 1 K 7,33; H 12,11; Jd 22 s.

⟦ ⟧ unci duplicati apud H locos circumdant quos occidentales praecipue testes aut omittunt („western non-interpolations“, L 22,19 s; 24,3.6.12.36.40.51.52; Mt 27,49) aut praebent („western interpolations“, Mt 16,2 s; L 22,43 s; 23,34; Mc 16,9—20; J 7,53—8,11).

RTTiW vide supra

HRT uncis [ ] includunt verbum vel verba, de quibus recipiendis dubitant; in apparatu nostro sigla uncis inclusa sunt; exempli gratia

Mt 1,24 [ο] : RW—T significat: T omittit vocem *ὁ*, quam RW sine uncis, H uncis inclusam in textu habent

Mt 15,14 *τυφλων* : [h]—*ℋ* Westcott-Hort omittit in textu vocem *τυφλων* a RTW praebitam, sed habet in margine uncis inclusam; similiter de versibus; cf. Mt 12,47 etc.

2) Praeter has editionum discrepantias in margine inferiore additae sunt aliae lectiones e codicibus manu scriptis petitae, quoad Evangelia et Acta in primis, nec tamen omnes e codice Cantabrigiensi. Alias huius codicis singularitates invenies inter lectiones reiectas notabiles, quas Westcott-Hort signis ⊣ ⊢ distinxerunt. Haustae sunt hae lectiones omnes paene ex apparatu critico editionis Tischendorfianae octavae; pleraeque codicibus Graecis innituntur, vix una et altera testimonio

versionum antiquissimarum aut scriptorum christianorum, ut Apc 18,17 mare; merae conjecturae signo? vel *cj* significatae uncisque inclusae sunt; inclusa quoque, quae ad interpunctionem solam pertinent. Ubi plures lectiones variantes ad eandem textus partem pertinentes afferuntur, plerumque signum: ante singulas repetitum est; e. g. Mt 16,3 ad voc. *δύνασθε*.

In prima (et secunda) editione hae lectiones sine testibus allegatae erant, in tertia recensentium monitis cedens sigla testium addere conatus sum. Ut lectionum, ita testium quin plus quam delectum darem, spatii angustia obstabat. In Evangeliis et Actis quae sine siglo manserunt lectiones codici Cantabrigiensi sunt propriae. Lectionibus in textu recepto servatis ab initio (in Evangelio Matthaei) nihil praeter ς est additum, et D ubicumque talis lectio iam in isto codice invenitur; in ceteris partibus unus alterve codex adiungebatur, antiquissimus quisque, si licebat. Additis literis *a* (vel *al*) *m pc pl* indicavi, alios multos paucos plurimos codices vel testes accedere.

Inveniuntur in margine sigla sequentia:

I. Codices graeci
 1) Evangeliorum
  a) unciales ***ℵABCDEFGHIKLMNPRSTUWW^{b}XZI ΔΘΛΨΦ*** (= archetypus codicum ***13. 69. 124. 346. 543. 713. 788. 826. 828*** qui a W. H. Ferrar nomen acceperunt).
  b) minusculi ***1. 9. 13. 28. 38. 56. 64. 66. 69. 83. 108. 122. 131. 157. 225. 243. 245. 348. 435. 472. 565. 743. 1012.*** (***1al*** saepius = ***1. 118. 131. 209***).
  c) lectionaria ***22. 47^{ev}***.
 2) Actorum et Epistolarum Catholicarum
  a) ***ℵABCDEGHKLPΨ***
  b) ***1-10. 13-15. 17. 25. 27-29. 31-34. 36. 38. 40. 54. 56. 61. 68. 69. 70. 73. 83. 95-100. 106. 114. 137. 163. 209*. 489. 1739.***
 3) Epistolarum Paulinarum
  a) ***ℵABCDEFGHKLMP***
  b) ***1-7. 10. 13. 15. 17. 18. 21. 22. 27. 31-34. 37-39. 43. 46. 47. 67**. 69-71. 73. 74. 80. 93. 106. 109. 115. 132. 134. 1739.***
  c) lectionaria (R 2,12).

4) Apocalypseos
   a) ℵ***ACPQ*** (aliis = ***B***)
   b) ***1. 2. 6-9. 11-14. 16. 17. 18. 25. 26. 28. 31. 33. 36. 38. 41. 49. 79. 80. 98. 469.***

ℵ****A**** etc. primam manum significat, $A^2 B^3$ etc. secundam, tertiam etc.

II. Versiones

got = gotica Ulfilae; *latt* a) Veteris Latinae codices *a b c d e* ff_2 *k p q*; b) vg = Vulgata Hieronymi (vg^{cl} = Clementina 1592); sah = Sahidica Egypti superioris; boh = Bohairica Eg. inferioris; copt = Coptica; syr^p = Peschitta; syr^s = Syriaca in monte Sinai reperta; syr^c = Curetoniana; syr^{hr} = harclensis; syr lect = Lectionarium Palaestinense in Studiis Sinaiticis no VI (1897) editum; arm. = armeniaca.

III. Scriptores

Chrysostomus, Clemens Alex., Dorotheus, Epiphanius, Eusebius, Evang. sec. Hebraeos, Hieronymus, Irenaeus, Justinus, Lucifer, Marcion, Origenes, Polycarpus, Primasius, Ps.-Clemens homil., Tatianus, Tertullianus. comm(entatores). edd. = Editiones. Erasmus. Ln = Lachmann. ς = textus receptus; $ς^1$ = editio Stephanica (1550) $ς^e$ = editio Elzeviriana (1624).[15])

3) In margine exteriore congesti sunt
   a) omnes loci paralleli, qui editionem Germanicam „recognitam“ illustrant
   b) loci similes e Vetere Testamento apud H et T in appendice collecti
   c) haud pauci novi.

Additur LXX si non hebraicus textus, sed graeca versio alluditur, ut L 1,41; Symm. (1 K 4,13) = versio Symmachi.

Exterior impressionis forma (litterae pinguiores, quae locos e V. T. citatos distinguunt, strophi, pericopae) in primis

---

[15]) Accuratiora de his testibus (ℵ Codex Sinaiticus, ***A*** Alexandrinus, ***B*** Vaticanus, ***C*** Ephraemi rescriptus etc.) Prolegomena dant, quibus C. R. Gregory 1884—94 editionem Tischendorfianam octavam criticam maiorem locupletavit, vel Eb. Nestle, Einführung in das griechische Neue Testament (ed. tert., Gottingae 1909); C. R. Gregory, Textkritik des Neuen Testamentes (Lipsiae 1900—1909); H. v. Soden, Die Schriften des N. T. (I. Berlin 1902—10. II. Gottingae 1913).

editionem Westcott-Hortianam sequitur (at v. p. 1). Versus ad Bengelii exemplum signo | distinguuntur, ubicumque initium ex interpunctione non cognoscitur. Numerantur — paucis locis exceptis, de quibus infra p. 665 — ut apud HR secundum editionem Stephanicam anni 1551, i. e. primam, in quam introducti sunt. Initium sectionis vel capitis antiqui, ubi cum initio versus non congruit, asterisco * insignitur, *cf* Mt 7,16; R 13,14 (lat.).

Reliqua per se clara erunt.

Divenditis exemplaribus primae impressionis, cuius Monitum Ulmae, Mense Febr. 1898 scripseram, et secundae 1899 (Monitum: Maulbronnae, Oct. 1898), dein tertiae editionis (1901)[16]), ad quartam praeparandam (Febr. 1903) contuli alteram recensionis Weissianae editionem (1902). Quintae impressioni praeparandae profuit editio quam pro Societate Biblica Britannorum 1904 centesimum annum agente curavi; pro sexta contuli Evangelia a B. Weiss denuo edita (1905), multosque locos parallelos inserui, quos amicus A. Leube pastor (tum) Sonthemiae ad Brentiam mihi transmisit.[17]) Quae ad septimam et octavam editionem accesserint, sequentes paginae ostendent. In nona editione margo exterior locis parallelis plus quam sexcentis locupletabatur, quorum plurimos amicus A. Leube mihi transmittebat; apparatus curis indefessis professoris P. Schmiedel expurgabatur; in textu perpauca mutavi, ut J 16,27, interpunctionem Jc 4,14. De apparatu plene redintegrando cogitandum erit, quando recensio quam H. von Soden pollicitus est publici iuris facta erit; interim nil restat nisi ut omnibus qui de instituendo et perpoliendo opere meruerunt merebuntve, gratias agam quam maximas, lecturis autem exoptem ut quam plenissimum fructum ex eo capiant.

---

[16]) E praefatione hic repeto:
Ante omnes qui de perpolienda tertia editione bene meruerunt, Professor Turicensis P. Schmiedel nominandus est, qui novandis Concordantiis operam dans plurimas notationes mihi transmisit.

[17]) Accuratiora vide p. 665 in appendice.

Maulbronnae, Cal. Mai. 1912. EB. NESTLE.

Postquam in Latina N^i T^i editione a. 1906 emissa Eusebii Caesariensis synopsin evangeliorum, qualem Tischendorf et Wordsworth-White exhibuerant, necnon antiquissimorum Latinorum codicum capitulationes margini addideram, Graecae editioni talia adiumenta et ornamenta deesse in dies magis dolui. Addidi igitur — praeter multos locos parallelos — in septima editione (Apr. 1908)

1. in Evangeliis: a) Eusebii synopsin cum epistula ad Carpianum; b) capitulationem Graecam antiquam (*κεφάλαια*), numeris cursivis (*1*, *2* etc.) insignitam; v. Matth. 2,1. Initia librorum in hac capitulatione non numerari usui correspondet, quem et Corpus Juris (Instit. et Dig.) et opera patrum ecclesiasticorum haud pauca sequuntur; c) divisionem codicis Vaticani et Zacynthii), numeris maioribus (1, 2) distinctam; v. Matth. 1,6.12. Uncis angulatis < > numeri includuntur, qui in codice desunt, quadratis [ ] superflui. 2. in posteriore parte a) capitulationem antiquam; b) in actibus et epistulis divisionem codicis Vaticani duplicem; antiquiorem ut supra insignitam, iuniorem litteris pinguioribus; v. Act 2,5.14; 3,1.

Eusebianum opus quod attinet, Tischendorf satis habuerat ut in Latinum, ita etiam in Graecum textum eam transferre recensionem, quam a. Ph. Buttmanno f. variorum < Latinorum > librorum ope magno studio correctam C. Lachmannus a. 1842 Hieronymianae interpretationi inseruit; ego ex omni testium genere praestantissimos quosque adhibui: codices Graecos ℵ ACD, Latinos *bfg*, versionem gothicam, copticam (a G. Horner 1898 editam), collatis insuper editionibus prioribus (Erasmi, Stephani, Millii, Matthaei, Lloydii, Scriveneri, Tregellesii). Pleniora dedi in disquisitione Germanice scripta: Die Eusebianische Evangelien-Synopse (Neue kirchliche Zeitschrift 19,1—3 (1908). Primum igitur nunc labor Eusebii correctior quam antehac studiosis exhibetur; v. e. g. sectiones Lucanas secundam et tertiam ad 1,36.38, non ad 2,6.8.

Tabulae sunt Buttmannianae, sed collatae cum editionibus supra dictis E[rasmi]$^{2-5}$, St[ephani], M[illii], Ma[tthaei], L[loydii] annorum 1828, 1836, Scr[iveneri], 𝔗[ischendorfii], 𝔚[ordsworth-Whitii]. Epistolae ad Carpianum apparatus nonnulla operibus Gregorii (Textkritik 893) et v. Soden (I, 388) debet (Ln = Lachmann). Hieronymi epistulam ad Damasum ex editione mea Latina addidi.

Pericopas Ecclesiae Graecae in marginibus vel in appendice addendas posteriori tempori reservare coactus curiosos refero ad editiones Matthaei 1803—7, Scholzii 1830—36, patriarchatus Constantinopolitani 1904.

In octava editione accesserunt in margine exteriore plus quam quingenti loci paralleli, quorum plurimi rursus pastori A. Leube (nunc Unter-Jesingae) debentur; e libris non canonicis ego nonnullos adieci; e. g. e. Psalterio Salomonis ad Mt 6,26; Lc 2,11; 11,22. — Ex apparatu superiore semovi omnes lectiones Weissianas, quas ab autore non longius probari P. Schmiedel mihi significavit; in inferiore praeter nonnullas lectiones minoris momenti addidi ad Mc 16,14 particulam nunc primum Graece ex Aegypto reportatam.

Interim, dum meliora desunt, his utere mecum.

Maulbronnae, Oct. 1909.

EB. NESTLE.

Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθείς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως· ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμὰς καθ' ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους. ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος Μάρκος Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Μάρκος Λουκᾶς· ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς Ματθαῖος Μάρκος Ἰωάννης· ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Λουκᾶς· ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Μάρκος· ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος Ἰωάννης· ὁ ὄγδοος ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς Μάρκος· ὁ ἔνατος ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς Ἰωάννης· ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν περί τινων ἰδίως ἀνέγραψεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων κανόνων ὑπόθεσις, ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησίς ἐστιν ἥδε. ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται, κατὰ μέρος ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου, εἶτα δευτέρου καὶ τρίτου, καὶ καθεξῆς προϊὼν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τῶν βιβλίων. καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημείωσις πρόκειται διὰ κινναβάρεως, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει. οἷον

Inscr. E—L *Υποθεσις κανονων της των ευαγγελιστων συμφωνιας* Ma *Ἐυσεβίου κάνονες* (*sic*) ***3*** *codd — ο* ***13*** vS *των αριθμων* (err. typ.) ***22*** Ma Scr L^{nunc} > *περί τινων ἕκ. αὐτ.* ϛ—L^{36} Ln *περὶ τίνων ἕκ. αὐτ.* E — *περι τινων* ***24*** *cod — εστιν* ***25*** ϛ—L *προκ. κ.μ., αρχ.* ***26*** E *cod — του* ***27*** E—Ln *του βιβλιου* ***28*** E *δια του μελανος εγκειται* ϛ—Ln > *δια κινναβ. προκ.*

εἰ μὲν α΄, δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ β΄, ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτως μέχρι τῶν δέκα. εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποιονδήποτε βουληθείης ἐπιστῆσαί τινι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν, καὶ τοὺς οἰκείους ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμόν, ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ κανόνι ὃν ἡ διὰ τοῦ κινναβάρεως ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, εἴσῃ μὲν εὐθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ κανόνος προγραφῶν ὁπόσοι τε καὶ τίνες περὶ οὗ ζητεῖς εἰρήκασιν· ἐπιστήσας δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεις ἀριθμῷ παρακειμένοις, ἐπιζητήσας τε αὐτοὺς ἔνδον ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας αὐτοὺς εὑρήσεις.

---

31 ϛ—Ln *ουτω καθεξης μ.* ***32*** E—Ln *επιστηναι* | E *τι* ***34*** *cod οικ. εκαστου* ***35*** E *το αυτο* ***36*** E — *εν* ***37*** E *μελανος* ***38*** *μεν*] E + *ουν* ***39*** E—Ln — *τε* | *περι ου ζητ.*] E—Ln *τα παραπλησια* ***41*** E *αριθμος παρακειμενος* | *τε*] E *cod δε* ***43*** E—Ln — *αυτους* | *fin* Eϛ *codd* + *Ερρωσο εν Κυριω.*

CANON I, IN QUO QUATTUOR

Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh
8	2	7	10	98	96	116	129	244	139	250	146
11	4	10	6	98	96	116	131	274	156	260	20
11	4	10	12	98	96	116	144	274	156	260	48
11	4	10	14	133	37	77	109	274	156	260	96
11	4	10	28	141	50	19	59	276	158	74	98
14	5	13	15	142	51	21	35	280	162	269	122
23	27	17	46	147	64	93	49	284	165	266	55
23	27	34	46	166	82	94	17	284	165	266	63
23	27	45	46	166	82	94	74	284	165	266	65
70	20	37	38	209	119	234	100	284	165	266	67
87	139	250	141	211	121	238	21	289	170	275	126
87	139	250	146	220	122	239	77	291	172	279	156
98	96	116	40	220	129	242	85	294	175	281	161
98	96	116	111	220	129	261	88	295	176	282	42
98	96	116	120	244	139	250	141	295	176	282	57

I. 87^{2} *etc*] — E—Ma 98^{1-6}] > E^2 *in Joh* 120. 111. 40. 144. 129. 131, *it* ϛ—Scr, *sed* — 144, *cf. can. X.* 166^{1} *etc*] — E^2; Ma *in Mr.* 64 220^{1-3}] > E^2 *in solo Joh* 85. 88. 77 220^{3}] ϛ—Scr *in Mc* 122 $295^{1.2}$] > E^2 *in Joh* 57. 42.

Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh	Mt	Mc	Lc	Ioh
300	181	285	79	315	196	292	175	334	212	321	201
300	181	285	158	318	199	300	176	335	214	324	199
302	183	287	160	320	200	302	178	336	215	317	198
304	184	289	170	320	200	302	180	336	215	319	198
306	187	290	162	325	204	310	184	343	223	329	204
306	187	290	174	326	205	311	188	348	227	332	206
310	191	297	69	326	205	313	194	349	228	333	208
313	194	294	172	328	206	314	196	352	231	336	209
314	195	291	166	331	209	315	197	352	231	336	211
314	195	291	168	332	210	318	197				

CANON II, IN QUO TRES

Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc	Mt	Mc	Lc
15	6	15	94	86	97	179	99	197	251	146	255
21	10	32	94	86	146	190	105	195	253	148	204
31	102	185	103	1	70	192	106	216	258	150	257
32	39	79	114	24	41	193	107	121	259	151	258
32	39	133	116	25	42	193	107	218	264	155	156
50	41	56	116	25	165	194	108	152	269	154	228
62	13	4	116	25	177	194	108	219	271	42	230
62	13	24	121	32	127	195	109	220	278	160	263
63	18	33	122	33	129	198	110	221	281	163	268
67	15	26	123	34	147	199	111	173	285	166	265
69	47	83	130	35	82	201	112	222	285	166	267
71	21	38	131	36	76	203	114	270	296	177	280
72	22	39	135	38	78	205	116	224	296	177	284
72	22	186	137	44	167	206	117	232	301	182	286
73	23	40	143	57	90	208	118	233	308	189	305
74	49	85	144	59	12	217	127	240	312	193	299
76	52	169	149	66	35	219	128	241	316	197	293
79	29	86	149	66	43	223	130	243	317	198	295
80	30	44	153	69	36	225	134	245	322	202	309
82	53	87	164	79	144	226	133	244	338	218	322
82	53	110	168	83	95	229	135	137	339	219	325
83	54	87	168	83	206	229	135	246	340	220	327
83	54	112	170	85	96	242	137	237	342	222	323
85	55	88	172	87	98	242	137	248	344	224	328
85	55	114	174	91	99	243	138	249	346	225	330
88	141	148	176	93	101	248	143	209	353	232	337
88	141	251	178	95	102	248	143	253	354	233	338
92	40	80	178	95	217	249	144	254			

$300^{1.2}$] > E^{2} *in Joh* 158. 79, *sed scribit* „ϱϑγ" *pro* 79 320^{2} *etc*] — E—Scr, *cf can. IV.* 352^{2}] ϛ *in Joh 209*

II. $32^{1.2}$] > E—Scr *in Lc* 133. 79 67] Ma *in Mc 35* 83^{1}] E$^{3-5}$ *in Lc 88* $85^{1.2}$] > E^{2} 114. 88. $149^{1.2}$] > E^{2} 43. 35. 168^{2}] ϛ—L^{28} *in Lc 96* 178^{2}] Ma *in Lc 117* 201] Ma *in Lc 122* 229^{1}] E ϛ *in Lc 237* 264] M—L^{28} *in Lc 256*

CANON III, IN QUO TRES

Mt	Lc	Ioh	Mt	Lc	Ioh	Mt	Lc	Ioh	Mt	Lc	Ioh
1	14	1	64	65	37	111	119	148	112	119	87
1	14	3	90	58	118	112	119	8	112	119	90
1	14	5	90	58	139	112	119	44	112	119	142
7	6	2	97	211	105	112	119	61	112	119	154
7	6	25	111	119	30	112	119	76	146	92	47
59	63	116	111	119	114						

CANON IV, IN QUO TRES

Mt	Mc	Ioh	Mt	Mc	Ioh	Mt	Mc	Ioh	Mt	Mc	Ioh
18	8	26	204	115	135	279	161	72	307	188	164
117	26	93	216	125	128	279	161	121	321	201	192
117	26	95	216	125	133	287	168	152	323	203	183
150	67	51	216	125	137	293	174	107	329	207	185
161	77	23	216	125	150	297	178	70	329	207	187
161	77	53	277	159	98	299	180	103	333	211	203
204	115	91									

CANON V, IN QUO DUO

Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc	Mt	Lc
3	2	46	153	68	105	119	126	183	198	240	141
10	8	47	134	78	108	125	62	187	199	241	175
12	11	48	191	84	111	127	128	197	272	255	202
16	16	49	150	86	109	128	132	213	235	256	205
25	46	51	59	93	145	129	130	221	181	257	213
27	48	53	125	95	160	132	81	228	139	261	207
28	47	54	54	96	182	134	120	231	179	262	212
30	49	55	170	96	184	138	168	231	215	265	157
34	194	57	61	102	69	156	57	232	142	266	155
36	162	58	60	104	71	158	226	234	136	266	157
38	53	60	171	105	193	162	161	236	135	267	158
40	52	61	64	107	73	175	200	237	138	270	229
41	55	65	172	108	115	182	187	238	140	272	231
43	123	66	66	110	118	182	189				

III. 59] $E^{4.5}$ 54 112^{-8}] > E^{2} *in Joh* 87. 44. 61. 76. 90. 8. 154. 142. 112^{1}] Ma *in Joh. 5*   146] E^{3-5} *in Lc 47 in Joh 97.*

IV. 216^{1-4}] > E^{2} *in Joh* 150. 128. 137. 133 216^{1}] $E^{4.5}$ *in Mc* 115 $279^{1.2}$] > E^{2} *in Joh* 121. 72   307 *etc*] + E—Scr 321. 201. 180, *cf. can. 1.*

V. 27 *etc*] E—L^{28} *26.* 47. L^{36} Scr *26.* 48   28 *etc*] E—L^{28} *in Lc* 48   102] ϛ *in Lc 160* 231^{1} *etc*] 𝔗𝔚 *in Lc* 176 231^{2}] E^{3} „σσλ“ $E^{4.5}$ „σολ“   232] E^{3-5} „οβ“ 266^{2} *etc*] — E—L^{28} (*hab* L^{36} Scr).

CANON VI, IN QUO DUO

Mt	Mc	Mt	Mc	Mt	Mc	Mt	Mc	Mt	Mc	Mt	Mc
9	3	145	60	165	80	224	131	275	157	309	190
17	7	148	65	169	84	246	140	282	164	311	192
20	9	152	68	173	89	247	142	286	167	330	208
22	11	154	71	180	100	250	145	288	169	337	217
44	126	157	72	189	103	252	147	290	171	341	221
77	63	159	73	202	113	254	149	292	173	347	226
100	98	160	76	214	120	260	152	298	179	350	229
139	45	163	78	215	124	263	153	305	185		

CANON VII, IN QUO DUO

Mt	Ioh	Mt	Ioh	Mt	Ioh	Mt	Ioh
5	83	19	32	120	82	207	101
19	19	19	34	185	215		

CANON VIII, IN QUO DUO

Lc	Mc	Lc	Mc	Lc	Mc	Lc	Mc	Lc	Mc
23	12	27	28	89	56	103	97	277	216
25	14	28	17	91	61	247	136	335	230
27	16	84	48	100	75				

CANON IX, IN QUO DUO

Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh	Lc	Ioh
30	219	274	227	303	186	307	190	340	213	341	225
30	222	274	229	303	190	312	182	340	217		
262	113	274	231	307	182	312	186	341	221		
262	124	303	182	307	186	312	190	341	223		

CANON X, IN QUO MATTH. PROPRIE

2	33	56	106	136	181	210	235	319
4	35	75	109	140	184	212	239	324
6	37	81	113	151	186	218	245	327
13	39	89	115	155	188	222	268	345
24	42	91	118	167	191	227	273	351
26	45	99	124	171	196	230	283	355
29	52	101	126	177	200	233	303	

VI. 139] E 13*4*   275] E „σϱε".

VII. 19^{1} *etc*] M *in Joh* „εϑ"   120 *etc*] E$^{4.5}$ ϛ *in Joh* „βπ"

VIII. 335 *etc*] + E 340. 234, + ϛ—Scr 339. 235.

IX. 274$^{1.2}$ *etc*] > E^{2} *in Joh* 229. 227.   303^{1}—312^{3} *etc*] > E^{2} 303. 307. 312 *ter*   303^{2} 307^{2} 312^{2}] E$^{3-5}$ „ϱπξ" *ter*   340^{2}] E 34*1*   341$^{2.3}$] E 342.

X. Mt 26] E—Scr 27   235] 𝕿 236.

CANON X, IN QUO MARC. PROPRIE

19	43	58	70	81	90	94	104	132	213
31	46	62	74	88	92	101	123	186	

CANON X, IN QUO LUC. PROPRIE

1	31	106	149	176	201	236	278	308
3	50	107	151	178	203	252	283	316
5	51	113	154	180	208	256	288	320
9	67	117	159	183	210	259	296	326
18	68	122	163	188	214	264	298	331
20	72	124	164	190	223	271	301	334
22	75	131	166	192	225	273	304	339
29	104	143	174	196	227	276	306	342

CANON X, IN QUO IOH. PROPRIE

4	31	58	81	108	134	157	181	212
7	33	60	84	110	136	159	189	214
9	36	62	86	112	138	163	191	216
11	39	64	89	115	140	165	193	218
13	41	66	92	117	143	167	195	220
16	43	68	94	119	145	169	200	224
18	45	71	97	123	147	171	202	226
22	50	73	99	125	149	173	205	228
24	52	75	102	127	151	177	207	230
27	54	78	104	130	153	179	210	232
29	56	80	106	132	155			

Mc 213] + E 235, + ς—L^{28} 234, + L^{36} Scr 234. 236
Lc 339] *casu typogr. excidisse vid in* L^{36}, — Scr 342] E 34*3*
Joh 143] + M—Scr 144, *cf. can. I.*

Latinae Versionis lectio, ubi consensione patrum Latinorum vel etiam aliorum testium idoneorum firmatur, eximium ob singularem antiquitatem pondus habet.

J. A. Bengel.
(Gnomon, praef. § 8.)

Quantum autoritatis insit Latinae versioni ad textum Novi Testamenti probe instituendum recteque intellegendum, non est cur hic amplius exponam[1]). Hoc unum moneo, singula Evangelia a variis translata esse manibus, antiquissimis igitur temporibus, quando tetraeuangelii autoritas nondum praevalebat.

Est, exempli gratia, παρακαλεῖν in Mt = rogare, in Mc = deprecari; ἐπιτιμᾶν in Mt = increpare, in Mc = comminari; ἀρχιερεύς (plerumque) in Mt = princeps sacerdotum, in Mc = summus sacerdos, in J = pontifex. lagenam aquae baiulans Mc 14,13 = amphoram aquae portans L 22,10 *etc.*

Similiter epistulam ad Hebraeos non eadem manus vertisse videtur, cui Paulinarum epistularum versionem debemus.

Augetur huius versionis autoritas, quia Hieronymus a. 383 Evangelia corrigens plurima manere patiebatur, ut fuerant, et quae mutanda ei videbantur, ex veterum Graecorum codicum collatione corrigebat, ut ipse testatur in epistula ad Damasum operi suo praemissa (infra p. XIV).

Eo magis miraris paene neminem adhuc huius versionis recensionem criticam per editionem manualem eis accessibilem fecisse quorum est Novum Testamentum recte et intellegere et exponere.

Quae causae talem editionem inhibuerint, hic taceo; sufficit, brevi abhinc tempore res in melius mutatas esse.

Prodiit die V mensis Iulii anno salutis MDCCCLXXXIX primus fasciculus operis praestantissimi

---

1) Vide nunc Ad. v. Harnack, Zur Revision der Prinzipien der neutestamentlichen Textkritik (Beiträge VII), 1916.

NOUUM TESTAMENTUM DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI LATINE secundum editionem sancti Hieronymi ad codicum manuscriptorum fidem recensuit IOHANNES WORDSWORTH, S. T. P. episcopus Sarisburiensis in operis societatem adsumto HENRICO IULIANO WHITE, A. M. Collegii Mertonensis socio. Pars prior — Quattuor Evangelia Oxonii e typographeo Clarendoniano MDCCCLXXXIX—MDCCCXCVIII. 4°. XXXVIII. 779 pp.

Partis secundae fasciculus primus, Actus Apostolorum continens, secutus est a. MDCCCCV.

Qui typographeo Clarendoniano Delegati praesunt litteris ab editoris socio H. J. White d. 23. Oct. 1905 ad me datis permiserunt, ut tanti operis fructum cum omnibus communicarem.

Habes ergo in praesenti volumine

1) Textum Clementinum ex editione anni 1592 quam fidelissime repetitum;
2) Collationem Editionis Sixtinae anni 1590, omnibus prioribus pleniorem et accuratiorem;
3) Collationem textus a Wordsworth-White constituti.
4) Cum opus Anglicum, quo tempore editionem meam inchoavi, Actus nondum praecessisset, in secunda N.T. parte contuli recensiones criticas, quae fere solae in saeculo praeterito tentabantur
   a) Lachmannianam a. 1850,
   b) Tischendorfianam a. 1854,

   quibus addidi collationem duorum codicum

   c) Amiatini, a Tischendorfio et a Tregellesio editi,
   d) Fuldensis, a Lachmannio collati et ab E. Ranke editi.
5) In margine interiore, ad Evangelia Eusebianae sectiones additae sunt, quibuscum conferas praefationis p. IX ss., ad Epistulas (et Apocalypsin) capitula codicum supra dictorum, Amiatini et Fuldensis; in margine exteriore loci paralleli ex sexta impressione N. T. Graeci a me curati.
6) Denique post praefationem invenies Epistulam ad Laodicenses, quae per millennium plurimorum Bibliorum Latinorum pars fuit et in Bibliis Germanicis praelutheranis locum obtinuit, unâ cum Hieronymi epistula ad Damasum supra memorata.

Ut omnia quam accuratissime imprimerentur cautum est, quoad humanarum virium imbecillitas permisit. Neque in his minimis licet nobis perfectis esse.

Nunc ad singula

1) ad textum Clementinum — siglum $\mathfrak{C}$. Typotheta operabatur ex exemplari editionis N. T. a M. Hetzenauer, Oeniponte 1899, curatae; plagulas ego secundum exemplar editionis originalis anni 1592 corrigebam.

Ubi varietas alterius editionis Vaticanae (Romae 1593. 4°) citanda erat, prior siglo $\mathfrak{C}^{92}$, posterior $\mathfrak{C}^{93}$ notatur. Quae de tertia editione (Romae 1598. 8° = $\mathfrak{C}^{98}$) et de indicibus correctoriis editionum 1592 et 93 citantur ($^{\text{corr. 92; corr. 93}}$), ex editione Romana anni 1618 et e collationibus Francisci Bukentop (Lux de Luce, 1710) et Leandri van Ess (Biblia Sacra, Tubingae 1824, 22) depromebantur, cum exemplaria editionum 1592 et 93 a me adhibita his indicibus correctoriis careant et exemplar editionis tertiae mihi ad manus non esset. Denique cum iam plus quam 500 paginae editionis meae impressae essent, in manus venit exemplar editionis novissimae

> Biblia Sacra Vulgatae Editionis ex ipsis Vaticanis exemplaribus inter se atque cum indice errorum corrigendorum collatis critice edidit P. Michael Hetzenauer O. C., Oeniponte, MCMVI.

Continet haec editio 'Epilogum criticum', qui sub titulo 'Variantes Clementinae' accuratissimam collationem editionum supra dictarum ($\mathfrak{C}^{92 \cdot 93 \cdot 98}$) editionisque praebet, quam C. Vercellone Romae 1861 in lucem edidit. In textu constituendo Hetzenauer, ubi impressiones posteriores ($^{93 \cdot 98}$) contra primariam stabant, illas sequebatur; gaudeo, me plerumque Carolum Vercellone a mea parte habere, quod scripturam editionis primariae retinui.

2) Pro textu Sixtino ($\mathfrak{S}$) utebar exemplari Bibliothecae Regiae Stuttgartiensis (tres tomi in uno volumine; Praeliminaria 2 fol., V. T. p. 1—899; Bibliorum Sacrorum Tomus Tertius Novum Testamentum continens (2 folia) Matth.—Apoc. p. 900—1141; numeratur p. „938" mendose pro 958, et „1113—1141" pro 1103—1131).

Priores collationes, quas James, Bukentop, van Ess, Wordsworth-White instituerunt, haud paucis locis emendandas et supplendas inveni; meum laborem cum epilogo Hetzenaueri contuli. Nam praeter 'Variantes Clementinas' continet seriem

secundam 'Variantes Sixtinae inscriptam. Differentias mere orthographicas (quoad literas initiales, ut Angelus — a-, Propheta — p-, Scriptura — s-; distinctionem verborum ut quomodo — quo modo, siquis — si quis etc.), item interpunctionem, ubi nullius momenti erat, ego excluseram, Hetzenauer includit. Contuli apparatum meum cum Z — hoc siglo Hetzenauer pro editione sua utitur —; itaque lector nunc de ratione quae inter editionem Sixtinam et Clementinam intercedat, certus esse potest. Neglexi divisionem versuum in 𝔖, quam Sixtus V motu proprio introduxit, Clemens VIII iustis de causis cum communi mutavit. Habent, e. g., in 𝔖 capitula Matthaei I—VII versus 46, 17, 15, 17, 37, 33, 25. Ad divisionem Stephanicam, vel potius Hentenianam revertens — de exemplari Bibliorum Hentenianorum Antverpiae a. 1583 excussorum a revisoribus Vaticanis adhibito cf 𝔚 I p. XXVIII s. — ℭ intendisse videtur illam stricte observandam; vide e. g. I Tim III,3.4, ubi ℭ non ante sed post „sed" dividit, quia in Graeco v. 4 incipit *τοῦ ἰδίου* („non cupidum, sed | suae"); at, ut Stephanus ipse in suis Latinis Bibliis a. 1555 haud raro priorem suam divisionem N. T. anni 1551 deseruit, ita et in ℭ nonnullae novae divisiones inrepserunt, et ne ipsae quidem editiones Vaticanae inter se concordant. Exemplo sit I Thess IV, ubi 𝔖 7—13 numerat, quae ℭ^{92} cum nobis 13—18, ℭ$^{93.98}$ 12—17; similiter Mt XV; XVII; II Thess II. 𝔚 editionem Stephanicam 1555 sequitur; me primae divisioni anni 1551 adhaesisse, variantibus Clementinis in margine notatis, probatum iri spero.

3) Editio a Wordsworth-White curata (𝔚) textum Hieronymianum restituisse videtur, quoad id testibus hodie praesentibus fieri licet. Vera igitur lectio non in textu, sed in apparatu editionis meae quaerenda est. Ubi a lectione editionis Sixtinae distinguenda erat, siglo 𝔚 notatur, ceteris omnibus in locis siglo caret. Omisi ex apparatu vel primo tantum loco notavi variationes orthographicas regulariter recurrentes.

𝔚 plerumque non assimilat ad-, con-, dis-, in-, sub-; scribit igitur: adclamare, adcurrere, adferre (Mc 6,27; 12,15 *et semper in* J; *sed* allatus, attulit, *et semper* afficere *et* attendere; *e contra* ammirari Mt 7,28. L 2,48; 11,14); adfirmare, adfligere, adlevare, adnuntiare, adplicere, adponere, adprehendere (*plerumque*), adpropiare, adpropinquare (*at* apparere), adquiescere, adquirere, adseq-, adsidere, adsimilare (*non* Mt 6,8; 7,24), adsistere, adstare, adsuere,

adsumere (*plerumque in* Mc, *non in* Mt); conlaudare, conloqui, conpati, conpertus, conpungere; disrumpere; inlucescere, inludere, inluminare, inmaculatus, inminere, inmittere, inmund- (*sed* implere, adimplere), inponere (*saepius*), inpossibilis, inprobitas, inproperari, inprudens, inpudic-, inreprehensibilis, inruere (*sed* irritus); submittere *(interdum)*.

𝔚 scribit

ae *pro* oe (cael- *ut* vg), caena, faen-, haed-, maer-, paenit-

e *pro* ae Mattheus *etc.*

e *pro* i intelleg-, Esaias, heresis, teloneum, navem *(in Evv.)*, paracletus

i *pro* e calcia-, hordiac-

i *pro* y lacrima

oe *pro* ae proel- *(ut* 𝔖 *passim)*

oe *pro* e oboed-

o *pro* oy Moses

u *pro* o adulesc-, epistula, lucusta

u *pro* y murra

c *pro* ch car-, clamys (simulacr-)

c *pro* qu cotid-

c *pro* t conviciari, solacium, *at* nuntiare (*ut* ℭ Lc 9,61)

f *pro* ph fiala

laguena, *at* ungent-, extinguntur.

h: harena, harundo, have, holus, hordiaceus; Helias, Hieremias, Hiericho, Hierosolyma, Hierusalem, Gabrihel, Israhel *etc.*, Iohanna, Iohannes

p *pro* b optuli *(interdum)*

icere in compositis *ut* eicere, deicere *etc*

quotiens (*at* praegnas); promtus; sumsi, temtare; expectare, *at* exspirare, exsuperare, exsurgere.

𝔚 *geminat:* corrigia, loquella, querella, mercennar-; nummular-, rettulit, Sarra, sollicitus; *at* anulus, elemosyna, litus, milia, oport-, vilicare; grabattus.

𝔚 *iungit:* etsi, etiamsi, quemadmodum, quomodo

separat: ab intus, ad invicem, a foris, a modo, ante quam; bene dicere, b. facere *(fere semper)*; cruci figere *(non longius* 𝔚^{2}); de foris, de intus, de super, de sursum; id ipsum; legis peritus; male habere, manu factus; ne quando, ne quis, nonaginta novem; pater familias, plus quam, prius q.; quo modo, quo usque, quoad

usque; se ipsos *etc.*, si quid *etc.*; terrae motus; usque dum, usque quo; vale facere, verum tamen.

Similem orthographiam sequuntur editores Lachmann et Tischendorf, codices Amiatinus et Fuldensis.

4) a) Carolus Lachmannus a. 1842—1850 Novum Testamentum graece et latine recensens nulla ratione editionum impressarum habita textum ex paucis sed bonis codicibus constituere ausus est, lectionibus variantibus inter uncos rotundos ( ), additionibus inter quadratos [ ] positis. Praeter collationem textus Lachmanniani (= 𝔏) plerasque harum variantium et additionum suis signis i. e. ( ) et [ ] in apparatum recepi.

b) Inter editiones N. T. a Tischendorfio emissas est: Novum Testamentum Triglottum Graece Latine Germanice ... Latinum Hieronymi notata Clementina lectione ex auctoritate codicum restituit ... Aenoth. Frid. Const. Tischendorf Lipsiae, Avenarius et Mendelssohn MDCCCLIV; editio secunda [repetita] MDCCCLXV. Pars latina seorsum prodiit 1854 et 1864.

Tischendorfius in textu constituendo frequentissime cum Lachmanno consentit; nec mirum quia uterque codices Amiatinum et Fuldensem duces habuit; Tischendorfius (= 𝔗) in apparatu praeter lectiones Clementinas e codice Amiatino multas, e Fuldensi nonnullas notavit; ego horum codicum plenam collationem exhibere constitui, partim quia inter praestantissimos testes textus Hieronymiani numerantur, partim ut iis qui impressos tantum libros legere consueverunt, hoc exemplo ostenderem, quot quantisque vitiis iam codices antiquissimi praestantissimique scateant.

c) De codice Amiatino (= *A*) non necessarium est errores palaeographorum celeberrimorum repetere aut retegere; eum iussu Abbatis Ceolfridi in Anglia scriptum et ab eodem a. 715 Sancto Petro Romae oblatum esse nunc constat. Lachmannus de huius codicis neglegentissima collatione dependebat, quam Ferd. Flor. Fleck a. 1840 publici iuris fecit; Tischendorfius codicem a. 1850 edidit, postquam, ut in Prolegomenis testatur, „Sam. Prid. Tregellius ... collationem codicis Amiatini quam ipse non ita multo post me Florentiae instituerat, ex Anglia Lipsiam transmisit: qua quidem ubique cum schedis meis comparata factum est ut magna cum fiducia textum Amiatinum edere possem". Nihilominus hic et illic errores in hac editione occurrunt. Ut taceam mendum typographicum

forte pro 'sorte' Lc 1,9, quod a van Ess 1824 ad Fleckium 1840, a Fleckio ad Tischendorfium tam in editionem codicis Amiatini 1850, quam in editionem criticam a. 1854.64 transmigravit: in ipsa epistula ad Damasum Tischendorfius omnia errorum genera admisit, quae in conferendis codicibus occurrere possunt: verbum omisit, quod in codice est, verba dedit, quae in codice desunt, verba aliter dedit, quam in codice extant (vide infra p. XIV). Haec affero eorum memor quae J 8,7 et Jc 3,2 scripta sunt, ut lectores discant quantam diligentiam tale opus postulet. Tischendorfii ego editionem imprimis propter indicem lectionum manu posteriore correctarum adhibui (prol. p. XXXII—XLVI), textum ex editione contuli, quam S. Pr. Tregellesio debemus (The Greek New Testament, edited from ancient authorities, with their various readings in full, and the Latin Version of Jerome, by Samuel Prideaux Tregelles. London 1857—1879.) Differentias inter notationes Tischendorfii et Tregellesii interdum notavi.

d) ***F*** designat codicem Fuldensem: „A. D. 541—546 iussu Victoris Episcopi Capuae scriptus et ab ipso Victore correctus. Edidit E. Ranke Marburgi 1868" (𝔚 I p. XII). Ante E. Ranke hunc codicem C. Lachmannus cum magna diligentia — interdum, quoad codice non inspecto iudicare licet — maiore quam Ranke adhibuit. ***F***² plerumque ipsius Victoris manum designat. Codicem olim Bonifatii fuisse lectione „sobrii estote et vigilate et excitamini" comprobari videtur quae a Bonifatio in epist. 70 citatur, hodieque ad 1 Pet. 5,8 in margine codicis ***F*** legitur.

Ubi omnes hi testes (Lachmannus, Tischendorfius, Amiatinus, Fuldensis) consentiunt, in prima editione lectiones sine siglis in apparatu positae erant, ut R 1,1 „> Chr. I.", quod significabat, pro textuali lectione 'Iesu Christi' omnes hos testes (𝔏𝔗***AF***) inversum ordinem verborum 'Christi Iesu' tueri. Ubi ad hos quattuor testes Sixtina quoque editio accedit „*et* 𝔖" scriptum erat, ut R 12,10, ubi „caritatem *et* 𝔖 (ch-)" significabat, pro ablativo „charitate", quem ℭ praebet, 𝔖𝔏𝔗***AF*** accusativum habere, verbo in 𝔖 per „ch-", in ceteris testibus per c- scripto. Lectiones sic nude positae pro regula genuinae haberi poterunt, lectionibus textualibus certe praeferendae sunt. Nam, quod nemini ante editionem 𝔚 perspicere, paucis suspicari licuit, textus Clementinus talis est, ut in Evangeliis et Actibus plus centum lectiones Clementinas numeraverim, quae ne ab uno quidem codicum a 𝔚 adhibitorum exhibentur

(ut septies „ergo“; formae nominum propriorum ut Arimathaea, Iscariotes, Melita; verborum ut idololatria; lectiones ut liberis Lc 20,28 pro filiis); talesque lectiones non modo a theologis, sed etiam a philologis — videas Thesaurum Linguae Latinae sub voce Arimathaea — usque ad hunc diem pro genuinis Hieronymi lectionibus citantur! Profecto, rem minime inutilem, immo maxime necessariam fecisse me credo, si pro meis viribus laboravi, ut talis rerum status desineret, societatique Biblicae Stuttgartianae persuasi ut, quae antea paucissimis ad manus essent, ea quam plurimis exhiberentur.

Divenditis exemplaribus primae impressionis cum paginae 1—96 iam iterum impressae essent, in manus meas venit (22. XII. 1911) recensionis 𝔚 ‘editio minor’ curante Henrico J. White (Oxonii e typographeo Clarendoniano, Londini apud Societatem Bibliophilorum Britannicam et Externam 1911 XX. 620).[1]) Continet haec editio usque ad finem S. Pauli ad Romanos epistulae textum quem editione maiore Wordsworth-White adprobaverunt, in reliquis vero libris credunt, cum demum editio maior typis impressa fuerit, fore ut textus eius ab hoc qui lectori benivolo nunc commendatur, haud multum abhorrere videatur. In margine praebet selectas lectiones codicum manu scriptorum ACDFGHV (MZ) et plenam collationem editionum 𝔖ℭ.

Magno cum gaudio hac editione ad emendandam meam utebar; in priore parte (Mt—Act) ex apparatu in meum transferens quae me fugerant; erant haec plura quam suspicabar; in secunda (Rom—Apoc) totum textum contuli. Nunc igitur etiam in hac parte omnes lectiones nullo siglo notatae eae sunt, quae a 𝔚 commendantur. Plurimae a codicibus ***AF*** aut certe ab uno horum codicum praebentur et iam editoribus 𝔏𝔗 aut alteri eorum placuerant. In prima editione, ut supra dixi, eae lectiones siglo caruerant, quae ab omnibus testibus ***AF***𝔏𝔗 praebebantur, nunc in his locis argumentum ex silentio de ***A*** vel ***F*** vel 𝔏 vel 𝔗 non longius valet. Apparatum in his locis augere siglis de his testibus additis vix pretii fuisset; omnia ex ***AF***𝔏𝔗 allata delere nolui. Sufficit ut lectorem iterum moneam, veram lectionem non in textu editionis meae sed in apparatu e lectionibus nullo siglo notatis i. e. a 𝔚 commendatis quaerendam esse.

---

[1]) Alia exemplaria habent in titulo: Oxonii E Typographeo Clarendoniano, Londini et Noui Eboraci apud Henricum Frowde.

5) Minoris momenti, neque tamen nullius sunt sectiones Eusebianae, capitulationes antiquissimae, quas in margine notavi.

6) Sigla in exscribendis variantibus adhibita fere eadem sunt atque in Novo Testamento Graeco; accedit siglum > ad indicandam inversionem; id ubicumque adspexeris, inversum tantum ordinem verborum adesse scias. Sunt ergo haec:

+: addit, addunt; *cf* Mt 5,9.

—: omittit, omittunt; *cf* Mt 2,13.

>: invertit, invertunt; *cf* Mt 1,20.

coni: coniungit, coniungunt; *cf* L 1,3.

fin: finis versus; *cf* Mt 12,3.

inc: incipit, incipiunt; *cf* Mt 9,24; 10,2.

pr: praemittit, praemittunt; *cf* R 5,17.

